



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Clero Et Popvlo Civitatensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

dem ponentes fiduciam cui promiserant  
toto vitæ suæ tempore deseruire , sua-  
fione tam tua quām aliorum virorum  
prudentium ad ipsius terræ custodiam  
remanserunt , à nobis vindictam de illata  
eis injurya postulant. Verū cùm non  
sibi soli cauſa eadem fuerit delegata , sed  
habuerit prefatus Sydoniensis Episco-  
pus in commissione collegam , nec in ea  
fuerit expressum quōd si ambo interesse  
non possent , alter nihilominus manda-  
tum apostolicum adimpleret , non poten-  
terat sine illo procedere ad illam vel aliam  
sententiam proferendam. Item etsi ei  
vices suas in hac parte conjudex alias  
commisſeret , vel etiam partes spontaneè  
post commissionem nostram suum subi-  
ſent examen , ipſe tamen non debuit sine  
cauſa cognitione procedere ; præſertim  
cùm in forma commissionis continere-  
tur expressum , quōd si præmissis suffra-  
garetur veritas , Magistrum & fratres ad  
restitutionem depositi per censuram ec-  
clesiasticam appellatione remota com-  
pellere non tardarent , & ipſi fratres , qui  
apud Tyrum pro negotio remanserant  
prælibato , sententiam ejusdem Episcopi ,  
quam auditis utriusque partis rationibus  
duceret legitimè promulgandam , tunc  
demum se dixerint servaturos. Præterea ,  
cùm multi fratrum militiae Templi tam  
circa quām ultra mare consistant , qui  
super ipso deposito sunt penitus sine cul-  
pa , profecto talis excommunicatio non  
solū indiscreta fuit , sed etiam effrena-  
ta , qua ligare voluit innocentes , & nos  
etiam ac fratres nostros juxta formam  
verborum visus est inclusisse , qui sumus  
ejusdem domus participes & amici. Rur-  
sus , postquam controversia ſæpedicta  
amicabiliter fuerat compositione ſopita , de-  
viavit omnino , quōd etiam adverſario  
per suas litteras prohibente processit ad  
sententiam proferendam ; cùm boni ju-  
dicis sit lites minuere , non augere. Ad  
hæc , cùm prædicti fratres affidè multis  
laboribus & periculis feſſi ſe opponant pro  
ſervitio Iesu Christi , si etiam Magister  
aut procuratores inventi fuissent culpa-  
biles , non tamen fuissent ita generaliter  
omnes excommunicationis sententia fe-  
riendi. Cùm igitur , si præmissa veritate  
nituntur , ſæpedictus Episcopus vel de  
grandi fatuitate vel de gravi maligni-  
tate ſit animadversione debita castigan-  
dus , fraternitati vestræ per apostolica  
scripta mandamus atque præcipimus

quatenus inquisita diligentius veritate ,  
ſi vobis conſtituerit eundem Episcopum ,  
ut prædictum eſt , præfatam ſententiam  
protuliffe , vos eum auctoritate noſtra ,  
ſublato appellationis obſtaculo , ab exe-  
cutione pontificalis officij tamdiu facia-  
tis manere ſuſpenuſum , donec à nobis in-  
dulgentiam conſequatur : ut qui fuit  
ſtultus in culpa , ſapiens efficiatur in pœ-  
na. Quōd ſi forte ſervato juris ordine  
prævia ratione proceſſit ; quoſ vobis  
conſtituerit excommunicationis ſen-  
tentia ſubjacere , ſecundūm formam Eccle-  
ſiae absolvatis ; in ipſo poſtmodum ne-  
goctio legitime proceſſuri. Testes &c. Quōd  
ſi omnes &c. duo vestrūm &c. Datum  
Laterani XVIII. Kalend. Ianuarij.

C L E R O E T P O P V L O  
Civitatenſi.

**P**er apostolicas litteras vobis dudum  
recolimus mandavimus ut . . quondam  
Civitatem. Comite ſublato de medio , no-  
bili viro R. Comiti Theatino. intende-  
retis de custodia Comitatus , qui propter  
potentiam , & quoniam vicinus eſt vo-  
bis , Comitatum ipſius & homines ejus  
potenter poterat defensare. Poſthæc au-  
tem , ſicut ex litteris vestrīs intellexi-  
mus , per nuntios vestrōs , quoſ ad Panor-  
mitanam curiam destinatis , mandatum  
ſub nomine regio recepitis ut nobili  
viro P. de Celano , fororio regij cancel-  
larij , tanquam vestro Comiti juraretis.  
Vnde quid ſuper his faciendum eſſet vo-  
bis , non immerito dubitabatis. Cùm igi-  
tur , ſicut vestrā universitas non ignorat ,  
& Regis tutela & regni balium ad nos de  
jure pertineat , & diſpositioni noſtræ vos  
& alij juraveritis obedire , devotioni  
vestræ per apostolica ſcripta præcipien-  
do mandamus quatenus non obſtantē  
mandato contrario ( quod non debet  
aliquatenus contraire , cùm nos vices re-  
gias exequamur , ſecundūm quod vobis  
per alias litteras dedimus in mandatis )  
jamdičto Comiti Theatino de custodia  
Comitatus unanimiter intendatis : quia  
licet præfactum nobilem P. videlicet Ce-  
lanen. ſyncero diligamus affectu , & ad  
honorem & profectum ipſius efficaciter  
intendamus , ad custodiam tamen & de-  
fensionem vestrām hoc tempore præno-  
minatum Comitem Theatin. neceſſa-  
rium credimus , & idoneum reputamus.  
Datum III. Kal. Ianuarij.

Epiſt. 258.  
Vt Comitem  
Theatinum in  
custodem ſuum  
recipiant.

S f f iij